



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando fructum aliquem mali exempli conspicimus. Exercit. 17

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

maiora meritorum augmenta capere
valemus.

Oblatio.

Offeramus Domino, vniuersa bona opera, quæ per iustos, & pios homines efficiuntur; laudando & glorificando eum in donis suis.

*Quando factum aliquod mali
exempli conspiciamus.*

Exercitium. 17.

Psalm. 36. Declina à malo & fac bonum.

*Psalm. 96. Qui diligitis Dominum, odite
malum.*

Ioan. 3. Noli imitari malum, sed quod bonum est.

Prou. 14. Errant, qui operantur malum.

Consideratio.

Dabimus operam, vt quantum licebit, proximum excusemus, vel intentionem saluando; si opus ipsum culpa liberari nequeat: vel cogitando ipsum ex infirmitate, graui aliqua tentatione superatum illud perpetrasse, iamque ad delicti agnitionem peruenisse, & coram Deo magna animi
sub-

submissione humiliatum esse.

Gratiarum actio.

GRatias habebimus Domino, qui nos præseruat ne eadem designemus; eiusque duntaxat misericordiæ assignabimus, vniuersa crimina & flagitia, quæ cum committere possemus, non admisimus. ;

Confusio.

ERubescemus nostram aspicientes infirmitatem, atque agnoscentes nos longè grauiora atque peiora perpetrasse: & insuper facturos fuisse, si Deus iuxta desideria & appetitiones nostras, non viuere permitisset.

Petitio.

Petemus à Domino, vt proximo culpæ quam admisit, iam tribuat; illique gratiam crimen suum si nondum agnoscit, agnoscendi, seque corrigendi largiatur: nosque custodiat, ne in similia aut alia maiora scelera corruamus.

Obta-

Oblatio.

Offeremus Deo merita omnium
sanctorum, & speciatim merita
Christi Redemptoris nostri, vt pro-
pter ista omnium peccatorum no-
strorum indulgentiam nobis conce-
dat.

*Cum hominem aliquem opulen-
tum aut potentem cerui-
mus.*

Exercit. 18.

*Psal. 61. Diuitia si affluant, nolite cor ap-
penere.*

*Psal. 33. Diuites eguerunt, & esurierunt:
inquirentes autem Dominum non mint-
entur omni bono.*

Psal. 111. Gloria & diuitia in domo eius.

*Isai. 33. Diuitia salutis, sapientia & scien-
tia, timor Domini ipse thesaurus eius.*

*Prou. 11. Non proderunt diuitia in die vt-
tionis.*

Consideratio.

Considerabimus, quam parui-
pendendæ sint diuitiæ honores